

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio c
cum fontibus proximo et primis

Falsa laus adulatoris

Oleum autem peccatoris, id est
falsa laus adulatoris

Falsa laus adulatio est;
falsa laus adulatoris,
hoc est oleum peccatoris.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 140.13
(CCSL 40, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.2035, ll.20-21).

et simulata dilectio

Et simulata dilectio,

In malam uero partem, sicut hic ponitur:
oleum peccatoris est dilectio simulata uerborum,
quae adulationibus et blandimentis
nostras mentes uelut olei pinguedo leniter ingrediens,
rigorem ueritatis emollit et ad noxias cogitationes
amoris ficti potius ostentatione perducit;
sicut in alio psalmo dictum est:
Mollierunt sermones suos super oleum et ipsi sunt iacula.

mentes a rigore ueritatis emollit.

quae mentes a rigore ueritatis emollit ad noxia,
non impinguet, vel, impinguabit,
caput meum, id est mentem meam;
id non crescit caput meum de adulatione falsa,
non me delectat oleum peccatoris.

Augustinus ibidem (super Psalmum
LXIX.).

Petrus Lombardus, *Commentarius in Psalmos
Davidicos*, 140 (PL 191, col.1237B).

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 140.5
(CCSL 98, M. Adrien ed., pp.1264-5, ll.138-143).